

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersio q  
cum fonte primo

Maius de peccatore conuerso  
quam de iusto stante gaudium fit in celo  
quia et dux in prelio plus eum militem diligit  
qui post fugam reuersus hostem fortiter premit  
quam illum qui nunquam terga prebuit  
et nunquam aliquid fortiter fecit.  
Sic agricola illam amplius terram amat  
que post spinas uberes fruges profert  
quam eam que nunquam spinas habuit  
et nunquam fertilem messem produxit.

Gregorius omelia XXXIIII. super euangelia.

Maius ergo de peccatore conuerso  
quam de stante iusto gaudium fit in caelo,  
quia et dux in proelio plus eum militem diligit,  
qui post fugam reuersus hostem fortiter premit,  
quam illum qui numquam terga praebuit  
et numquam aliquid fortiter fecit.  
Sic agricola illam amplius terram amat  
quae post spinas uberes fruges profert,  
quam eam quae numquam spinas habuit  
et numquam fertilem messem producit.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.34.4  
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.303, ll.87-94).